Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



& eos qui secuti sunt unius omnes eiusdemq;
dilectionis brachiis tenentes: ad perfectionis
fastigia tendamus. sequitur. T. VI.

Quarum uiginti erunt in latere meridiano:
q; uergit ad austrū; quib; quadraginta bases
argenteas fundes: ut binę bases singulis tabu
lis per duos angulos subiciantur;

Quanta fuerit longitudo tabernaculi specialiter non exprimitur: sed ex eo innuitur: q;
parietes eius ex tabulis uiginti conpacti essent:
& hae singulae singulas cubitos ac semissem
latitudinis habuisse perhibentur; uiginti
namq; cubiti: & uicies semis cubiti: triginta
cubitorū summā complebunt; quam fuisse taberna
culi longitudinem: & iam iosephus scribit;
Et bene hoc numero tabernaculi longitudo
conprehenditur: quia tres sunt uirtutes
in quib; principaliter omnis scāe ecclesiae per
fectio consistit; uidelicet fides spes & caritas;
quae per decem multiplicantur: ut tricenarius
numerus impleatur. dum uirtutibus mentis
opera bona iunguntur: quae decalogo legis
continentur; ne quis sibi fidem spem & di
lectionem in dm̄ absque operum exsecutione